

Peter Wasmund

Programma In Festo Pentecostes

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734601794>

Druck Freier  Zugang



RU. Progr. 1631

1) Peter Warmundt

2) " " "

3) Thomas Lindemann

Programma
IN
FESTO
PENTECOSTES,
P. P.

à RECTORE
Academiæ Rostochiensis
PETRO W A S M U N D T
J. U. D. & Professore.



ROSTOCHI
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO, M, DC XXXI.



RECTOR
Academiae Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT
J. U. D. & Professor.



Ex ille Macedonum, qui ab actis & auctis rebus cognomentum Magni adeptus est, ne vel nominaretur unquam sine laudum suarum praconio, sicut in alijs multis vir sui nominis fuit, sic imprimis in beneficentia verè Magnum se praestitit; Largiebatur dignitates, potentiam, honores, profundebat verius quam donabat aurum, congiaria ejus totæ Urbes, ditiones, regna erant, & cum Urbem cuidam aliquando donasset, is vero, cui donabatur, se ipsum mensus tanti muneris invidiam refugisset, dicens, non convenire fortunæ suæ, *Non quaro, respondit, quid te accipere deceat, sed quid me dare.* Animosâ certè Regis præclari vox, qui ideò ad tan-

tas

tas se provectum opes meminerat, ut quod ac-
ceperat à fortunâ, aut potius Dei larga manu,
ipſo quoque non parcè distribueret; & proinde
ſi in acceptante non reperiret, à ſe ſumebat be-
neficiæ amplæ cauſam, non intuitus, quid
eſſet meritus alter, ſed quid ipſe de altero mere-
ri deberet. Hoc nimirum Magnæ potentiæ mu-
nus eſt convenientiſſimum & ſummum bonum,
prodeſſe miſeris, inferiores ſublevare, multis
multa præſtare beneficia. Volatilia ut ad ter-
ram descendant, alarumq; vim perpetem &
curſum in ſolo ſiſtant, Natura voluit; quan-
quam eadem non permiferit piſci extra aquas
vivere, nec animali terreſtri diu morari in a-
quis, aut æreas terreograviq; corpore peragrare
domos, & cum aquilis in nubibus converſari
Ita videlicet divinis legibus ſancitum eſt, ut
cum quod humile ac terrenum eſt in ſublime ſe
rollere non poſſit, ſumma tamen imis conde-
ſcendere & communicare debeant. Etſi autem
is, quem dixi, Rex Macedo, hac in condeſcen-
ſione ſive beneficiâ Regia, vel præcedere ſe
reliquos omnes, vel certè nulli concedere ja-
ctabat, gloriari ſolitus, à nemine ſe unquam be-
nignitate ſuperatum fuiſſe: quid tamen benigni-
tas ejus, quid munera? quid congiaria? ſi hac

cum donatione conferantur, quam sibi à Rege suo factam, hoc tempore docet & prædicat Ecclesia. Indigna quidem est magnis muneribus, utpote ex hominibus naturâ infirmis, peccato pollutis, morbo & morti & cui non est miseriam subjectis congregata: & tamen accepit à Rege & Servatore suo Jesu Christo quod donum est. Non talenta, non Urbes, non terras, aut provincias. Minora illa omnia sunt, & infra dignitatem hujus muneris posita, imò omnium regnorum & totius orbis divitiarum ne minimam quidem hujus donationis partem æquant, Qui donavit, terra cælisque major est: Terra igitur cæloque majus confert in suos donum, *Spiritum*, inquam, *Sanctum*, à Rege suo Ecclesia accepit. *Spiritum Sanctum* cum dico, Deum ipsum dico, omnes divitias dico, dico bona majora, quam quæ vel optare avida mens hominum, vel capere queat. Fons ille est qui quicquid est sordidum, lavat, quicquid est aridum, rigat, quicquid est saucium, sanat. Ignis est qui dura emollit, rigida flectit, frigida calefacit, Ductor est, à quo cum erramus reducimur, cum cecidimus erigimur, cum titubamus sustentamur. Lux est, quâ cæci illuminantur, & omnes tenebræ errorum & caligo & nubila dispelluntur.

cur. Natus es in peccatis? Ille te regenerat, ut iu-
stitiæ & gratiæ & Dei filius fias. Dedisti operam
iniquitati? ille te renovat, ut incipias studere
pietati & unum bonum, honestū; è contrario
unum malum, turpitudinem censeas. Ignorans
es rerum cælestium? ille implet actum te
amplā rerum divinarum cognitione. Servi-
visti antea malam & noxiam servitutem, ille te
in libertatem veram vindicat, & libero, & inter-
rito, & erecto, & stabili donat animo, tantumq;
extra metum, quantum extra cupiditatem po-
nit. Si viribus destitueris est robur tuum, si
ægritudine laboras, est medicus & medicamen-
tum tuum, si doctrinā eges, est magister tuus, si
inter hostes periclitaris, est protector tuus, si
injurijs oneraris, est vindex tuus, si auxilio eges
est adjutor tuus, si spoliaris, est thesaurus tuus,
si affigeris, est paracletus tuus, si fugeris, est
hospes tuus, si fugaris est comes tuus, si occide-
ris, est vita tua, & ad æterna gaudia te recipiet.
Uno verbo ut dicam. Omnibus est omnia. U-
num illum si habemus omnia habemus, & ut
Phocionis quondam Uxor Jonicæ cuidam hospi-
tæ mundum suum & aurata monilia, cincin-
nosque pretiosos jactanti, respondit, *at mihi or-
natus loco Phocion est*, sic cum mundus jactat su-

um ornatum, suas voluptates, suas delicias,
quam splendidum sit super mensam suam vari-
arum gentium animalia recognoscere, aures
sono, spectaculis oculos, saporibus palatum de-
lectare, *at nobis noster ornatus, Splendor Voluptas,
Oblectatio, Spiritus Sanctus est*, pij respondent
meritissimè :

*Nam quicumq; tibi se jungit & altius haeret
Teq; habet, omnia habet nulliusq; indignus
ultra est.*

*Omnia sunt in te, per te omnia & omnia ab uno.
Si quid opus, nulli dees, omniaq; omnibus uni
Sufficis & te qui sis omnibus omnia, praebes.*

*Quam ineffabilis haec est pietas Redemptoris ?
Exclamavit piorum veterum aliquis. Homi-
nem portavit ad caelum, & Deum misit ad terras.
Ecce iterum nova desuper medicina mittitur! Ec-
ce iterum infirmos per se ipse Majestas visitare di-
gnatur! Ecce iterum humanis divina miscentur.*

Atque haec omnia cum hoc tempore in Ec-
clesia prolixius explicantur, quid his diebus, i-
mò diebus omnibus vitæ nostræ, nostri sit offi-
cij facile intelligimus. Gratias nimirum æter-
no Misericordiarum patri agere debemus, pro
concesso hoc tanto bono, & sedulo cavere, ne
tam insigne bonum negligentia aut potius ma-

litia nostra depēdamus & excutiamus, Peccatis enim fugatur Spiritus Sanctus, qui odit fordes, nec habitare vult nec potest in corpore subdito nequitia. Cujus enim munus est peccata repellere & extinguere, eidem etiam proprium est peccata odisse, nec bene conveniunt nec commorantur in uno corde Diabolica malitia & divina munditia. Hæc si figere apud te stabile hospitium debet, illi necesse est ut mitas repudium, Illi nisi valedixeris, hæc valedicet tibi: Atq̃ infelices & æternum miseros, qui tanto oblato & concesso bono, hoc est bonis omnibus, seipsos privaverint. Nam Spiritus Sanctus cum conferat bona omnia: imo sit omnia, necesse est ut omnia amittat, qui eum ejecerit.


Hoc damnum avertite, quibuscunque decet, modis, rejicite carnales delicias, vanaq̃ & impura mundi oblectamenta, quæ non tantum sunt fallacia, quia dubia, sed etiam insidiosa, quia dulcia, & contra pietatis exercitijs sobrietati pœnitentiæ & precibus diligenter insistite, ardentèq̃; rogate Sanctissimum hunc Spiritum, ut in cordibus vestris, hospitia se digna sibi præparet verbum suum Templis Scholis & toti patriæ nostræ non subtrahat, pacem,
tanquam

ranquam pacis Spiritus, afflictæ Germaniæ
concedat omnibusq; bonis Spiritualibus &
corporeis ut fons honorum omnium Nos om-
nes & totam Ecclesiam ubertim porro ditet
ornet & amplificet. P. P. in ipso Festo Pen-
tecostes 29. Maij Anno M. DC. XXXI.



lita nostra depredamus & exc
catis enim fugatur Spiritus S
fordes, nec habitare vult nec p
subdito nequitia. Cujus eni
cata repellere & extinguere, ei
prium est peccata odisse, nec b
nec commorantur in uno cord
lita & divina munditia. Hæc
stabile hospitium debet, illi n
tas repudium, Illi nisi valedi
dicet tibi? Atq̄ infelices & at
qui tanto oblato & concesso b
nis omnibus, seipsos privaver
ritus Sanctus cum conferat b
sit omnia, necesse est ut om
eum egerit.

Hoc damnum avertite, qu
cet, modis, rejicite carnales
& impura mundi oblectament
tum sunt fallacia, quia dubi
diosa, quia dulcia, & contra p
sobrietati pœnitentiæ & pre
insistite, ardentemq̄; rogate San
Spiritum, ut in cordibus vestr
gna sibi præparet verbum suu
lis & toti patriæ nostræ non su



the scale towards document

Pec
i odit
rpore
ft pec
n pro
niunt
ca ma
pud te
t mit
c vale
iferos,
est bo
n Spi
: imo
: qui
ue de
vanaq̄;
on tan
m insi
ercitijs
genter
n hunc
a se di
Scho
pacem,
quam